



**Ioannis Tollenarii Brvgensis e Soc. Iesv Specvlvm  
Vanitatis Sive Ecclesiastes Solvta Ligataq. Oratione  
Dilvcidatvs**

**Tollenaeer, Jean de**

**Antverpiæ, 1635**

Metrica Paraphrasis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68633](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68633)

675

SPECULI  
VANITATIS  
ECCLESIASTAE  
CAPVT DECIMVM.

SECTIO PRIMA.

ECCLESIASTES.

VERSUS 1. Muscae morientes perdunt suavitatem vnguenti. Pretiosior est sapientia & gloria, parua & ad tempus stultitia.

*Alia verio  
habet: Pon-  
derat præ  
sapientia,  
& præ glo-  
riæ stultitia  
parua.*

2. Cor sapientis in dexterâ eius, & cor stulti in sinistrâ illius.
3. Sed & in viâ stultus ambulans, cùm ipse insipiens sit, omnes stultos æstimat.

METRICA PARAPHRASIS.

**M**VSCAS dum crocei aut cinnamei hospites  
Liquor retentat vnguinis,  
Si molli tumulo forte superstites  
Virtus odoris enecet s  
Unguento species & pretium perit.  
Nullisque seruit v̄sibus:  
Sic quos nobilitat puluere Olympico  
Heroicum palma decus,

Qqqq 2

Quæs

Quaeis virtus pretium, queis sapientia  
Cæli fauores adiicit,

Si fors vel tenui stultitiae nota

Splendorem obumbrant gloriae;

In fumos abeunt conspicua faces,

Et digna fastis nomina.

Alcides humeris sidera fulciens

Atlante vix Atlas minor,

Post fixa Hesperij margine littoris

Partæ trophyæ gloriae,

Ritu Maomæ comptus amiculæ,

Et Cypriæ comam hispidam

Sub mitra cohicens, inter adulteras

Prodegit immensum decus.

Heu! sero hanc maculam nominis intuor,

Mibi que canto fabulam.

Heu! quod me Cypridæ præcipitem dedit

Vertigo mentem fascinans.

Deuita, Sophie quisquis amicior,

Hunc turbinem dementiae.

Si curru celebrem fama Hyperionis

Per astra cæli vixerit,

Ut primum nebulam stultitiae hauseret,

Vanescet extinctum decus.

Hoc spectans sapiens, indecoris fugit

Vitæ perosus tramitem :

Cælo conspicuum tollere verticem

Virtute clarâ gestiens.

Sen curas animo pernigili coquat,

Palmam & coronam cogitat:

Sen febis veniat luminibus sopor;

Trophyæ somnus erigit.

Virtus dulce putat sanguine postumam  
 Vitam pacisci nominis:  
 Virtus indigetum nata penatibus  
 Cognata spectat sidera.  
 At stultus sequior desidis otij  
 Alumnus, ac plangens humum,  
 Nil dignum rutilo cogitat æthere,  
 Fameque cantandum tubâ:  
 Nil fausto stolidus concipit alite,  
 Nil ordine aut modo gerit,  
 Virtuti anteferens regna pecunie,  
 Honestâ fœdis posthabens,  
 Quin iſthuc fatui prouehitur furor,  
 Ut cùm sit instar caudicis,  
 Nigrisque Anticyris immedicabilis,  
 Totusque rus merum; tamen  
 Fungos insipidos & pepones vocet,  
 Quos obuios dedit via.  
 Solus fatidicus Tireſias ſupra  
 Examina umbrarum sapit.  
 Sic queis in vitreis fors ſpecularibus  
 Infusus eſt ater liquor,  
 Fallaci radio luminis autumant  
 Cunctos perustos Solibus.  
 O quantum ſolidæ gens sapientie  
 Vulgusque inane diſſident!

## PROSA EXEGESIS.

**M**AGNUM omnino diſcrimen ſapientem inter & Sapienſie & ſtulti diſcrimen.  
 Stultum, ac diſpar vtriusque vitæ ratio. Cùm enim  
 hoc vnicè commendatum ſit ſapienti, ne vniquam ab  
 originis ſuæ ſplendore degeneret, ſemperque honesta,  
 Qqqq 3: cælo-